



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis Rufo [et] socijs martyribus. Cap[itulum]. cxx.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



## Liber

florentissima catholice fidei ac salutaria prædicans: corda fidelium dicto factove corroborans orthodoxe fidei emulatoz atq; defensor fortissimus: christianam religionem diligenter complectens: paupertatis amator: erga inopum prouisionem non solum mentis pietate: sed etiam studij labore sollicitus. Capriuum redemptor: et debitorum: orphanis quoq; et uiduis cum oī diligentia largiter necessaria tribuens. Quāobrem deo fauente non solum ad sacrum presbyteratus ordinem puenit: sed etiam dū in exequijs sui decessoris ante pberetrum eius fuisset inuentus: oīs romanus populus a magno usq; ad paruū diuina inspiratione subito permoti per vim eum auferentes in portificatus ordinem elegerunt tempore leonis et constantini imperatorū. Hic addidit in canone. Quoz solēntas hodie in cōspectu maiestatis tue celebrat: domine deus noster in toto orbe terrarū: intra quozū nos cōsōrtiūz et. Hic etiā dum leonē iperatore ob depositionē imaginū xpī et sanctorū incorrigibiles uidisset: qui ab eius predecesore anathematizis pena fuerat inuolutus: romā et italiam et hesperiam totā ab eius iugo discedere fecit: et vectigalia interdixit. Synodiq; fere mille epozū rome celebras: uenerationem sanctorum imaginum confirmat: atq; violatores generali sentētia anathematizauit. Hic etiam cum roma a rege ludprando longobardorum obsideret: misit nauigio ad karolū piū patrem regē francorum: claus confessionis sancti petri: rogans ut romanā ecclesiaz a longobardis liberaret. Nolens ab imperatore constantinopolitano heretico queadmodum hactenus fuerat consuetudo: auxilium postulare. Et extunc cōstantinopolitani imperatores romane ecclesie patrocinium amiserunt. Et postq; omnia feliciter perfecisset ipse sanctus uir in pace quieuit quarto kalen. decembris. Et sepultus est ad sanctus petri: et cessauit episcopatus dies. ix.

De sanctis Pappyrus et mansuetus episcopis et martyribus. Cap. cxix.

**P**appyrus et mansuetus episcopi et martyres tempore uadaliæ persecutionis sub Herulico rege arriano passi sunt. Qui pro catholice fidei defensione candentibus laminis ferreis toto corpore adusti: gloriosum agonem consumauerunt. iij. kalen. decembris. Quo uidelicet tempore et alij sancti episcopi scilicet eugenius cartaginensis: valerianus: urbanus: crescens: eustachius: crescentianus: cresconius: felix hortolanus: et florentianus: propter ueritatis eandem predicationem damnati et iulio in confessione pietatis cursum uite sue cō-

## Decimus

sumauerunt: de quibus supra dictum est tertio idus iulij. Hec victor aphricanus.

De sanctis Rufo et locis martyribus. Cap. cxx.



## Rufus

martyr cum aliis pluribus de domo sua rōe passi sunt: sub persecutioe diocletiani imperatoris. Hic nobilitate generosa insignis cum esset patri eius vrbis pdicatioe et exēplo beati sebastiani martyris ad fides christi conuersus: et cum omni domo sua a sancto polycarpo presbytero baptizatus est. Quē cum omnibus alijs diocletianus detentum: et capitali sententia punitum: christi martyres eos fecit. iij. kalen. decembris. Hec ado.

De dedicatione ecclesie materialis. Cap. cxxi.



## Dedicatio

ecclesie solemniter inter alias festiuitates sanctorum celebratur: que ideo ultimo ponitur quoniam certum diem non habēs anniuersaria dies consecratiois cuiuslibet ecclesie suo tempore recolitur. Et quoniam duplex est ecclesia siue templum scilicet materiale et spirituale. Ideo primo agendum est de dedicatione templi materialis: deinde de de dedicatione templi spiritualis. Circa dedicationem autem ecclesie siue templi materialis tria uidentur. Primo quare dedicatur. Secundo qualiter consecratur. Tertio per quos prophanat. Et quia in templo duo sunt que consecrantur scilicet altare et ipsum templum. Ideo primo uideudum est quare consecratur altare. Secundo quare templum. Altare autem consecratur ad tria. Primo ad sacramentum domini offerendū. gen. viij. Edificauit noe altare domino: et tollens de cunctis pecoribus et uolueribus mundis obtulit super altare. Hoc autem sacramentū est corpus et sanguis christi: quod in memoria passionis dominice inuolamus. Habemus enim triplex memoriale dominice passionis. scilicet Passiois christi imaginibus depicte: quæ tum ad uisum: quæ picture sunt quasi libri laicorum. Passiois christi sermonibus pdicate: quæ tum ad auditū. Et passionis christi in sacris repletate: quæ tum ad gustū: odoratū: et tactū: ut per oēs corporis sensus passiois christi memoria metibus fidelium imprimat. Secundo ad nomē dñi inuocandū.